



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

24. An absolutio casuum reservatoru[m] ex præsumptione ratihabitationis
sit valida? Ex quo in corpore hujus Resolutionis quinque objectiones
deducuntur circa hoc, & in ultima sequitur Confessarium ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

RESOL. XXIV.

An absolutio casum referuatorum ex presumptione ratihabitionis sit valida?
Ex quo in corpore huini Resolutionis quinque obiectiones deducuntur circa hoc, & in ultima sequitur Confessarum graniter peccare, qui ita confessionem audire incipiunt.
Et similiter peccare grauiter, qui tali sciens confitetur, quamvis in facilitate ex ignorantia possit excusari. Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 57.

ritas forme, quod hic & nunc tollatur talis obligatio: imo simpliciter non requirit, quod omnino tollatur, poterit ergo tollere dictam obligationem accedente ratihabitione.

4. Si dicas, quod non est, operari non potest. Respondeo id verius esse de reali effectu, & de reali operatione: sublatio autem dictae obligationis est quid morale, non reale.

5. Obicit Suarez. Talis absolutio vel est a principio nulla, vel valida: si valida, ergo non per ratihabitionem: ergo sine consensu Superioris poterit quis absoluvi validus a referuatis: quod est falsum, excepto quibusdam casibus: si nulla saltem quoad effectum tollenda obligationis iterum confitendi: ergo talis obligatio tolli non potest, nisi iterum confitendo. Respondeo quod talis absolutio, quod hunc effectum, nec est nulla, nec valida simpliciter, quovis que accedit, vel diffensus, vel assensus probabiliter presumptus, qui si accedit, tollitur obligatio confitendi per confessionem & absolutionem legitimè prius factas: quia felicet, cum ex probabili presumptione facta sint, nulla etiam in eis interuenientia fraude, quæ obicit, ne postmodum ratificari possint. Si vero non accedit consensus, manebit obligatio ad iterum confitendum non ex pacto, ut putat Suarez, sed quia deficiente ratihabitione talis obligatio non fuit sublata, manebit inquam, non quia in absoluente nulla fuit iurisdictione; sed quia deficiente consensu, seu ratihabitione, sufficiens esse non potest ad tollendum omnes confitendi iterum.

6. Si dicas hunc effectum non posse pendere a futuro cuento. Respondeo negando: & ratio est, quia cum absolutio Sacramentalis sit etiam actus iudicialis, cui non repugnat hoc modo validitatem obtinere; potest etiam quantum ad effectum, pendere a futuro cuento. Hic enim effectus vel non est Sacramentum; vel si est, non est necesse, ut ad veritatem forme abolitionis hic & nunc, cum pronunciatur, fiat. Deinde videtur absolutio ita validari per ratificationem posse, sicut dum dicitur Matth. 16. *Quodcumque solueris, eris solutum.* Et haec omnia docet Croufers, vbi supra.

7. Sed sententiam Suarez negatiuam proflus tendendam esse exigit, quam tueruntur etiam Vazquez, tom. 2. q. 9. 3. art. 2. dub. 2. Lugo de Sacram. patr. disput. 19. scđt. 2. n. 21. & communiter Doctores. Et quidem si sermo fit de propria ratihabitione, quæ ex se est voluntas conferens, ac supponens actuum factum, non potest esse dubium, cum Sacramentum non possit esse suspensum, & dependens a consensu futuro Superioris: nam si a principio non fuit validum; nec fiet etiam validum postea, licet Superioratum habeat. Si vero fuit validum, non indiget ratihabitione: nam validum erit, licet postea ratum non habeat Superior. Neque hic locum habet regulam iuris, ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari. Illa enim intelligitur ad summum de ratihabitione in ordine ad actus, qui licet a principio non fuerint validi, possunt tamen postea validi fieri, & eorum valor per iuris fictionem retrotrahi, quales non sunt actiones Sacramentales, ut constat: quæ si vere ab initio non valent, non possunt postea accipere valorem; quando iam non sunt, unde in illis magis habet locum illa alia iuris regula. Quod ab initio non valent, tractu temporis non convalecit.

8. Et ideo ad omnitudinem intelligentiam huius materiae non desinam hic apponere ea omnia, quæ docet Coninch de Sacram. disput. 8. dub. 4. numer. 3. 4. & seqq. vbi nostram sententiam docens sic asserit. Hinc sequitur primò, ut is, qui caret iurisdictione aliquem validè absoluat, nullo modo sufficere, ut

A 2 3 Pastor

Tom. I.

Pastor ipsius actum postea ratum habeat. Quia hoc Sacramentum omnino invalidè conferatur ab eo, qui non habet iurisdictionem. Ratihabito autem sibi nullo modo potest efficeri, aut ut absoluens iam ante verè haberet iurisdictionem; aut ut Sacramentum invalidè collatum conualefcia: præstum cùm hoc Sacramentum nullo modo possit pendere à condicione futura: ut ostendi tom. 1. quæp. 64. art. 8. dub. 2. Et ad illam regulam iuris citatam. Respondeo illam solum intelligendam de iis actibus, qui in sui valore immediatè pendent à ratihabitione alterius: ut sit in contractibus & similibus. Adde cùm absolutione non possit dari nomine aliquius alterius hominis, seu immediatè nomine & auctoritate Dei, nullum eam posse ratam habere: quia ut dicitur ibid. R. g. iuris 9. Ratum habere quis non potest, quod ipsius nomine non est gestum.

9. Sequitur secundū, ut quis validè absoluat, non sufficeri, ut omnino præsumat Parochio gratum esse, ipsius sub lati confessionem audiat: nec etiam quod Parochus sciens hoc fieri, id de facto interius in animo suo approbet. Nam nec illa præsumptio, nec interior illa approbatio alteri de facto dant iurisdictionem, sine quo invalidè confessionem audit. Quare necessere est, ut Parochus internum illum consentium aliquo signo extenso exprimatur, quo eum audiens sufficiens explicit: ita ut hic determinata sit illum consentire.

*Sup. hoc sup.
in tr. 3. Rei 5.
§. 1. & alii
§§. & vers.
eius prime
not.*

10. Vnde sequitur tertius, non semper sufficeri, quod Parochus videat me, v.g. audire suum sublatum, & non contradicat: quia inde non possum certò colligere cum in hoc confiteri. Nam potest fieri, ut non contradicat, quia putat me ex privilegio, aut alia ratione habere iurisdictionem, quia nimisrum falso putat penitentem solum confiteri venialia, aut quia non audet contradicere, ne lites aut iurgia excitantur, aut aliquod scandalum fiat. Quare ut eius non prohibitor habeat rationem concessionis verae, necessere est primò ut constet mihi ipsum scire, vel latenter credere me carere omni iurisdictione: eumque esse talen, qui liberum contradiceret, si factum meum non approbarer: aut qui me ita amerit, ut libenter habeat me ipsum confessum in similibus rebus prelumere.

11. Sequitur quartus, etiam in hoc casu si Parochus non videat me, dum me accingo ad audiendam confessionem, sed tantum superueniat, dum confessionem audire ceperit, & dicto modo factum meum approbet, me initio quovisque talis approbatio sufficiens fiat, omnia invalidè agere, quia sine villa iurisdictione: quare necessarium erit, ut penitentis secundū constituerit omnia peccata, quia prius fuerat confessus; quia illa confessio cum non sit facta legitimū iudicii, non potuit esse sacramentalis. Poterit tamen hoc breviter facere, dicendo se confiteri omnia peccata, quae ante fuerat confessus.

12. Sequitur quintus, cum grauiter peccare, qui ita confessionem audire incipit, eti sparet Pastorem mox superuenturum, & ita approbatum ipius factum. Tum quia initio invalidè confessionem audio cum iniuria penitentem, & ipsius Sacramenti, ac usurpatione alienæ iurisdictionis: tum etiam quia exponit se periculo invalidè absoluendi, si Pastor verè interius factum non approbet, aut non sufficiens extenuis id exprimat. Et similiiter grauiter peccar, qui tali sciens confiterit: quamvis hic factius ex ignorantia excusari possit. Quare quando grauissima necessitas non postulat, nunquam simile quid, nisi expressa veniam prius petita, faciendum est.

13. Dicendum est igitur contra Croulers, quod cum agitur de iurisdictione ad valorem Sacramenti penitentie, requiritur verè actualis voluntas expressa, vel tacita, quae ratihabito de præsenti, vel de præterito appellatur.

RESOL. XXV.

Quid facere debeat Confessarius, qui male absolvit penitentem de aliquo casu reservato non habens iurisdictionem? Ex part. 2. tr. 1. 5. & Misc. 1. Ref. 60.

§. 1. **H**ic casus in praxi potest frequenter accidere. *Sup. hoc
quod debet petere iurisdictionem à Superiori, & Hoc
postea si non adiut scandalum, monere penitentem
ad iterum confitendum; vel si penitentis iniuria venias
ad secundam confessionem, petat Confessarius ab eo,
an dolet etiam de peccatis præcedente confessione
dictis, & cupiat, si qua ratione necesse sit, etiam ab illis
absolvi: & si dicat, quod sic, illum absolutas nihil de-
fecta prima confessionis dicendo. Vidi Cominch de Scolasticis
Sacram. disp. 8. dub. 17. n. 141. & 143. Nung. tom. 3. in Ref. 40.
addit. ad 3. p. q. 8. art. 3. Floron. tract. de cas. reserv. p. 1.
c. 5. §. 1. Poffeuin. de offic. cur. c. 7. n. 6. Homobon. tr. de
cas. reserv. c. 6. n. 5. Conrand. in resp. cas. conf. p. 1. q. 8.
Nauar. in man. c. 2. 6. n. 14. Sylu. in addit. ad 3. p. q. 8. art.
4. queruntur 8. concl. 1. & 2. & alijs communiter. Sed his
non obstantibus, inuenio Ioan. Valerum in differentiis
viriorumque foris, et differencia, affir. 9. n. 2. in fin. cum
aliquibus docere, in tali casu, cum penitentis est ignorans,
nihil à Confessario faciendum esse, nec a superiori
licentiam absoluendi impetrandum esse, ex art.
c. quia circa de consang. & affin. quia taliter absoluimus
est ab omnibus scilicet directè non reservatis, & indi-
rectè a reservatis, per inf. sionem gratia. Ergo, &c.
Ita ille, & citat Cord. ban. & Henriquez. Sed tu tene
communem sententiam, qd. si quidem, ut diximus,
procedit, quando Confessarius potest sine scandalo
admoneri penitentem; quando vero scandalo adi-
git, vel non adiut, remittitur arbitrio prudenter Confessarij. Non refutem tamen, quod Philippus Faber
Lector S. Theol. in Academia Patauina, difficile
putat in tali casu re vera non adiut scandalum. Ita ille
in disp. de penit. in 4. sent. disp. 1. q. 9. vñica, disp. 3.
cap. 3. num. 18.*

RESOL. XXVI.

*An confitens Superiori liberetur à reservatione, quod
peccata oblita?*

*Ex quo inferitur, si superior absoluat ab una censura
suum, & habeat potestatem delatam, non manet
penitentem absolucionem ab aliis, quas forte incorre-
rat, nec ablatam esse reservationem pro illis.
Sed quid est sentiendum, quando absolvit generaliter
ab omni excommunicatione in quantum ptef; &
quando absolvit generaliter peccatis; an tunc verba
divulgantur ad omnes confitentes, & peccata renuntiante,
& per consequens ad omnia oblita? Ex pat. 10.
tr. 1. 3. & Misc. 3. Ref. 56.*

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenent Doctores, *Sup. hoc
P. Pasqualius in praxi de Iubiloz, queb. 2. 4. n. 8. vbi
sic ait: Secundū colligitur contra eundem Boßium
sent. 1. de Iubiloz, casu 29. n. 4. & eos quos citat n. 8.
Eum qui confitetur Superiori, aut alteri habenti au-
toritatem vniuersalem delegatum, non remaneat
liberum à reservatione quoad oblitera, vt docent Al-
terius tom. 1. de censor. lib. 4. disp. 4. cap. 3. dub. 2. verj.
Dico secundò. Suarez disp. 3. 1. de penit. sent. 4. n. 18.
Coriolanus part. 1. de casib. reservat. art. 9. n. 2. vers.
Sive Bonacina disp. 3. de penit. queb. 7. punt. 5. §. 1.
num. 4. vers. Addo, Floronius part. 1. de casib. reserv.
cap. 4. §. 10. verj. Aut confitetur. Ratio est, quia quo-
ad reseruata, cum causa non sit cognita, nec etiam
remantur.*